

LVPOLDVS PRAESVL BAMBERGENSIS.



Upoldus de Bebenburg optima indole præditus, literarum desiderio Bononiam profectus est, atq; ibidem Ioannem Andreæ iure consuli tissimum uirum profitentem magna diligentia audiuit. Vnde insignem eruditionem in utroq; iure, atq; humanioribus literis, prout tempora illa barbarie referta ferebant, adeptus est. Itaq; ex Italia in patria reuersus Episcopus Bambergensis electus fuit. Hanc functionem magna pietate & prudētia administrabat, Ludouico Bauaro Cœsare existente, circa annum Domini 1340. Edidit ibidem non solum lectionis opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis cum ingenti gloria transmisit. ex ijs extat insigne opus de zelo Christianæ religionis ueterum principum Germanorum, item liber de iuribus Romani Imperij. Tādem uiam universæ carnis ingressus est. Trit.